



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 83. Facultatis Theologicæ judicium circa Theses & epistolam
nuncupatoriam Patris Joannis Fabri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

§. LXXXIII.

Sæc. XVII.
A.C. 1638.

Facultatis Theologicæ judicium circa
Theses & epistolam nuncupato-
riam Patris Joannis Fabri.

Eodem anno Pater Joannes le Argentre
Fevre seu Faber Ordinis Fratrum ^{i.e. p. 27.}
Minornm Theologus sacrarumque li-
terarum Professor Parisiensis Theses
quasdam Gabrieli de Bovo Nannetensi
Episcopo nuncupabat, adjecta hac epi-
stola: *Multis titulis Praesul Illustrissime,*
hoc munusculum tibi debebatur, sed eo præ-
cipue, quod ejus sit arboris fructus, quæ in
tuo solo nata est, crevit, & adolevit. Cum
enim ex ea sim Diocesi oriundus, quæ te
pastorem colit, & Patrem; peregrina sane
Vota, si alteri, quam tibi nuncupassem,
atque adeo idololatram veluti quispiam me
exsismasset, quod Dignitatem tuam ea ob-
latione aliquid Splendoris & Glorice adeptu-
ram putarem: ea enim virtus, quæ te Re-
gum studiosissimo charissimum, & Regnou uti-
llissimum, populis denique omnibus clarissi-
mum jampridem fecit & Illustrem, eo est
euera, ut hominum voces & suffragia fa-
cile negligat, ut palam videatur; sed quo
de te, sicut de Deo sentiam, qui hominum
sacrificia quantumvis inutilia sibi recipit:
nec illorum Vota dēdignatur, sed potius
ardentissime exigit, quia illi debentur. Sic
mare

Sæc. XVII. mare vel ipsos rivulos æque ac Nilum, aut
 A. C. 1638. Gangem vastissimo sinu excipit, non quod
ab illis aliquid incrementi accipiat, sed quia
 juri suo renuntiare non potest. Hoc igitur
 qualecunque gratitudinis monumentum, &
 meæ in te observantiae tesseram exhibere ni-
 tor, eo solum, ut id præstem, quod sine in-
 juria omittere non possum. Nec munera
 exiguitatem erubesco; semper enim exigua
 videri matui, quam ingratus. Quanquam
 nec ita exiguum munus existimem, quod sua
 fronte Sanctissimum & difficillimum Reli-
 gionis nostræ mysterium præsert, estque ejus
 Theologicæ facultatis Actus, CUSUS
 ORACULÀ NON MINUS DIVINA,
 QUAM PONTIFICIA; ÆQUE CERTA,
 UT ITA DIXERIM, SEM-
 PER FUERUNT, ACILLA, QUÆ
 IN CONCILIIS PRONUNTIARI
 SOLENT. Quippe eadem est Doctrina,
 idem Sensus. Quod si munus non ex ipso,
 sed ex voluntate & dantis affectu metiri ve-
 lis, audeo dicere, nunquam majus recepiisti.
 Si igitur gratum habeas, & me ea, qua
 hactenus complexus es benevolentia prosequar-
 is, latus & hilaris certamen subeo.

In hac vero epistola Alphonsus le
 Moyne nonnulla animadversione digna
 reperiri, Patrem vero Fabrum dun-
 xat literas pro lectura Sacrorum Bi-
 bliorum, non autem pro lectura Sen-
 tentiarum obtulisse, die sexta Novembris

Facul-

Facultati denuntiabat: quocirca die Sæc. XVII.
primo Decembris Facultas Theologica A.C. 1638.
Parisiensis censuit, suppressam esse
epistolam, Theses vero asservandas,
donec præfatus Pater literas obedien-
tiales pro Lectura Sententiarum ab Or-
dinis sui Generali, ut moris est, ob-
tinueret.

§. LXXXIV.

Scriptorum Religione Catholicorum obitus.

Præter Jansenium Irenensem Episco- *Montig.*
pum ex Catholicis occurunt non- *Bibl.*
nulli Scriptores Ecclesiastici hoc anno *Sic.*
defuncti, & quidem primo memoriam *Anton. Bibl.*
facimus Hanibal de Afflictis Rheygen- *Hippan.*
sis Archiepiscopi, qui præter eruditas *Mir. Aubert.*
epistolas, Synodi Rheygensis acta edi- *Bibl. Eccl.*
dit, ac die prima Aprilis annos natus *Alegamb.*
leptuaginta octo decepsit. Alter erat *Bibl. Script.*
Balthasar Raez Ord. Trinitariorum, qui *S. J.*
preter conciones, Commentaria in Deu. *Vid. supra*
teronomium, cantica Moysis, Ezechiae, *Lib. 199.*
& Ioseph, & Epistolam D. Jacobi posteris *S. 14. t. 60.*
relicuit, obiitque Ulyssipone die de-
cima tertia Mensis Martii. III. Chri-
stophorus Bessoldus, de cuius reditu
ad Catholicam fidem jam supra me-
minimus: Hic Jureconsultus S. Cæsareæ
Majestati, & Electori Bayaro a Con-
Hist. Eccles. Tom. LX. *T* *filiis*